



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

46. Filius vidu[a]e mortuus à Iesu excitatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 46. *Filius viduæ mortuus à Iesu excitatur. Luc. 7. \* 45.*

S. Matthæus S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

**E**T factū est, deiceps ibat ī ciuitatē quę vocatur Nai; & ibāt cū eo discipuli eius & turba copiosa. Cū autē appropiaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suę: & hęc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidisset Dominus, misericordia motus sup eā, dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculū. Hi autē q̄ portabāt, steterunt. Et ait, Adolecēs, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illū matri suę. Accepit autem oēs timor: & magnificabāt Deum, dicentes, Quia ppheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebē suā. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudęam de eo, & in omnem circa regionē. \* 47.

CAP. 47. *Iohannes Baptista è carcere mittit duos ex discipulis suis ad Christum. Quibus cū responso remisissis, Christus ad turbas cōuersus præclarum de Iohanne dicit testimonium, & ciuitatibus quibus predicauerat non resipiscētib. comminatur. Matth. 11. \* 55. Luc. 7. \* 46.*

S. Matthæus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes

**I**ohānes autē cū audisset Iī vinculis opera Christi; mittēs duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui ventur⁹ es, an aliū expectam⁹? Et respōdēs Iesus ait illis, Euntē renuntiatelohanni quę audistis & vidistis. Cęci vidēt, claudi ambulāt, leprosi mūdātur, surdi audiūt, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

H 4 Il-

**E**T nūtiauerūt Iohāni discipuli eius de omnib. his. Et cōuocauit duos de discipulis suis Iohānes; & misit ad Iesū, dicēs, Tu es qui vētur⁹ es: an aliū expectamus? Cū autē venissēt ad eū viri, dixerūt, Iohānes Baptista misit nos ad te, dicēs, Tu es q̄ vētur⁹ es: an aliū expectamus? In ipsa autē hora, multos curauit à lāguorib. & plagis, & spiritib. malis: & cęcis multis donauit visū. Et respōdēs dixit illis, Euntē re-